

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1588

Autre(s) référence(s) : Fauroux 144 / Tabuteau 212

Auteur(s) : Roger II de Montgommery [comte]

Auteur(s) : Hugues d'Ivry, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Troarn, Saint-Martin (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1059, 13 mai

Lieu d'émission : Troarn

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard souscrit la charte par laquelle Roger de Montgommery, le jour de la dédicace de Saint-Martin de Troarn, dote cette église des biens suivants : Troarn ; l'église de Janville ; Lirose ; l'église de Sannerville ; l'église de Goulet.

Hugues, évêque de Bayeux, confirmant cette charte, concède les églises de Trun avec divers revenus ; les églises de Crocy et plusieurs terres à Saint-Germain et à Saint-Hilaire ; l'église de Saint-Sylvain avec diverses dîmes ; ses biens à Bures, avec les coutumes ; des biens à Basseneville et à Saint-Samson.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Sauvage René-Norbert, *L'abbaye de Saint-Martin de Troarn au diocèse de Bayeux, des origines au seizième siècle*, Caen, Chalopin (MSAN ; 34), 1911, n° 1, p. 347.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°144, p. 324-325.

Dissertation critique

Cet acte date du jour de la dédicace de l'abbaye, le 13 mai 1059. Concernant l'intervention d'Hugues, évêque de Bayeux, mort dix ans auparavant, on peut supposer que Roger de Montgommery a transcrit dans le texte de sa dotation une charte plus ancienne de l'évêque (voir FAUROUX, p. 324).

Texte établi d'après b

Ego Rogerius, preceptis sacre lectionis ammonitus, caduca pro sempiternis, terrena pro supernis camiare desiderans, res proprias de mea hereditate trado Deo omnipotenti et Sancto Martino de Truardo ipsum in primis Truardum ex integro, ab omni querela absolutum, tam in terra quam in hominibus in ea habitantibus, adhuc et molendinum et ecclesiam de Johannisvilla, cum terra quam presbiter tenet in ipsa villa et Letdrosa, et ecclesiam totam de Salnerii villa, et res proprias et ecclesiam de Guleto, cum tota decima tam in terra quam in aqua, res propriae hec sunt sponsalia et dotalicium, in die dedicationis ex mea parte Sancto Martino attributum. Ego autem Hugo, Baiocensis episcopus, cartam istam manu et ore confirmo atque omnes excommunico qui aliquid de supradictis

Sancto Martino violenter subtraxerint. Trado etiam et res proprias de Trun, decimam thelonei et molendini et ecclesias ipsius ejus et terram presbiteri, sicut ego tenebam, et ecclesias de Croceyo ex integro, cum terra quam Osbernus tenet in Sancto Germano, et quam tenet Radulfus in servicio Sancti Hylarii, et decimam molendini, etc. Item trado etiam perpetuo jure ecclesiam Sancti Silvini, cum omni decima et cum suo allodio et moltura ipsius ville, et terram Morini carpentarii, quam tenebat in burgo Sancti Silvini, cum omnibus redditibus suis, sed et decimam denariorum de theloneo et de nutrimento meo quod erit in Sancto Silvino, etc. Item tribuo etiam quicquid habeo in Buris, tam in terra quam in aqua et in silva et in omnibus suis costumis quas teneo meo dominicatu, etc. Item sed et terram Goisberti, Ingulfi et Heroldi et Ansgoti et Willelmi, clerici de Sancto Sansone, quam tenent in Barnevilla et in Sancto Sansone, in ecclesia, in terra, in silva, etc.
Signum comitis Willelmi. Signum Rogerii de Monte Gomerii, etc.